

1530. in Novembri.

349

Responsum Oratori Ferdinan:  
di regis post inducias susceptas.

Sacra Regia Maiestas, Magnifice  
Domine. Cum audisset illa, que Dominatio  
Vestra nomine Serenissimi Domini Hun:  
garia et Bohemia regis Domini sui, he:  
ri de pace et tranquillitate publicè retu:  
lit, gratulata est, et gaudebat vehementer  
quod maiestas illius tam studiosam et a:  
mantem communis concordie et quietis  
se esse declaret, ut illam suis privatis  
et amplissimis quibusvis commodis prefer:  
re ad illamque non solum mente et ani:  
mo, verum manifesto jam rei ipsius do:  
cumento, et testificatione propensa esse  
voluerit. Quo nomine et simul quod ope:  
ram quoque suam in suadenda concilian:  
daque ipsa pace prestitam, Maiestati illi:  
us gratam esse, cognoscat plurimum de:  
bere vult maiestas sua illius Maiestati,  
nunc autem quantam verbis gratitudinē  
consequi potest, magnas agit, et habet  
ob id Maiestati ejus gratias, quod et ab  
initio in Oratoribus Posnavianam mittendis,  
et nunc in suscipiendis inducijs promptam  
et facilem voluntatem suam exhibuerit. Qua  
facilitate illo adhuc primo tempore, fre:  
ta Maiestas sua desistere nunquam a  
suadenda concordia voluit, sed diu sollicitè

repetitis

repetitisque vicibus apud utramque  
partem egit, ut armis depositis, et sus-  
cepta concordia Republica Christiana  
pacem et tranquillitatem compararet. In  
quo ut si adhuc fructum, quem Chri-  
stiana rationes desiderant, Majestas sua  
non sit plenè consecuta, letatur ta-  
men magnopere, eo rem perductam esse,  
ut sperare liceat sub inducijs istis, tum  
reliquum pacis negotium, ad optatum fi-  
nem et exitum perducì posse. In quare,  
si unquam Majestas sua opere suo  
non peperit, nunc maxime re bene in-  
choata omnibus viribus et sedulitate eni-  
li vult, et pollicetur, quo pax et tran-  
quillitas ista funesta bella cito subse-  
quatur. Verum rogat vicissim majesta-  
tem illius Majestas sua, ut in residuo  
hoc opere voluntatem suam æquè et pri-  
us facilem Majestati sue accomodare  
velit. Quod vero ad Majestatis illius  
Adversarium attinet Majestas sua Domi-  
nationi vestre declarat illum conditiones  
induciarum acceptasse, et approbasse,  
seque illis uti velle, secundum formam  
prescriptam Declarasse. P.